



BOLETIN OFICIAL ECLESIÁSTICO del OBISPADO DE MALLORCA.

Copiamos del Boletin eclesiástico del Obispado de Plasencia la siguiente resolucion de la Sagrada Congregacion del Concilio sobre nulidad de los esponsales no contraídos con escritura pública en España.

NÚM. IV.

PLACENTINA SPONSALIUN,

Die 31 Januarii 1880.

Carolus III Hispaniarum Rex die 28 Aprilis anni 1803 Pragmaticam edidit, qua praecepit ut a nullo cujuscumque jurisdictionis Iudice, Tribunalique admitteretur supplex libellus impedimenti ad matrimonium contrahendum, sponsalium causa, nisi publica scriptura fuerint roborata. Carolinam dispositionem Ecclesia Hispana, invita licet, et aliquibus Episcopis contradictibus, ab exordio tamen admisit, constanter, universaliterque eam observans; hinc consuetudinario jure canonicae disciplinae et sanctionis Ecclesiasticae vim adepta est atque in praesentiarum vires suas exerit. Memoria recolendum insuper est, praxim pariter vigere inchoandi, perficiendive processum ante curiam Episcopalem, cui publicus notarius simul Ecclesiásticus ac civilis subscrabit, quoties agatur de impetranda a S. Sede

Apostolica dispensatione super aliquo público impedimento. Hisce praehabitis praestat modo facti speciem texere.

Agapitus Augustinus de la Calle, et Maria Teresa Paniagua y Silos Dioecesos Placentinae dispensationem tertii consanguinitatis gradus a Sacrissimo Principe obtinuere, matrimonii contrahendi gratia. Qua de re Vicarius Capitularis Oratorum precibus denuo comprobatis et ratificatis, perlectisque in Ecclesia Parochiali tribus denunciationibus à Sacrosancto Concilio Tridentino praescriptis absque alio impedimento, matrimonialem licentiam in scriptis expedivit. Hujuscemodi venia ad exitum illico demandata haud fuit, siquidem penes patrem pueriae circa duos menses permansit. Interea vero temporis Agapitus et Maria sponsalia antea mutuo interesse contracta roborarunt, semel atque iterum ratificarunt, atque varia munuscula ab Agapito pueriae oblata fuere, quae lubenti animo eadem accepit.

Oborta at vero quaestione inter patrem Mariae et tutores Agapiti, ille filiae matrimonium cum Agapito quominus celebraretur omnino interdixit. Imo, transacto aliquo tempore, pater acquievit alteri adolescenti expertenti manum Mariae, eamque in uxorem promisit.

Hujusmodi sponsio vix ad aures Agapiti pervenit, illico ad Episcopum, Parochi ministerio, recursum habuit, adducens mutuae promissionis, seu sponsalium interpositionem. Exinde quaestio proposita fuit viris Ecclesiasticis utriusque juris scientia pollentibus; quibus in varias sententias abeuntibus tum circa validitatem, vel nullitatem horum sponsalium, tum circa ipsorum deductionem ad forum contentiosum, eo quod mutua eorum promissio, juxta Carolinam pragmaticam publica scriptura erat destituta, egregius Parochus operae pretium duxit Amplissimo Vestro Ordini sequentia dubia enodanda proponere:

I. *Supposito quod talia sponsalia nulla fuissent ante dispensationem impedimenti, quia Oratores non erant personae jure habiles, estne valida ipsorum roborio et ratificatio facta post licentiam a Judice*

Apostolico expeditam, quae omnino tollit impedimentum?

II. *Esto quod valida sint praedicta sponsalia. Processus existens in Curia Episcopali habetne valorem scripturae publicae, eo quod a Notario publico Ecclesiastico simul et Civili, sit subscriptus ad finem deducendi talia sponsalia ad forum contentiosum, ideoque praedictus Orator ius habet impediendi suae sponsae novum matrimonium?*

Precibus acceptis rescriptum editum fuit die 3 Iulii 1876 «*Episcopo pro informatione et voto.*» Mandatis H. S. O. morem gerens Episcopus die 12 Augusti anni nuper nunciati, relata historia pragmatiae, haec subdit. «*Si sponsalia conditionata eorum qui aliquo impedimento ligantur absoluta non redunduntur absque novo consensu dum auctoritate legitima tollitur impedimentum, attamen valida erunt sponsalia ab Oratoribus de quibus in precibus, contracta et ratificata, postquam delegatus Apostolicus dispensationem concesserat. Retentio documenti a patre puellae vim tollere auctoritati dispensantis non poterat.*

«*Sed pro foro externo erunt valida? Mihi etiam in hoc foro valida videntur, quia coram legitimo judice probari possunt testibus et aliis mediis, quae non sunt scriptura a Notario publico confecta: et Carolus III hoc medium probationis interdicens, quoad sponsalia, Tribunalibus Ecclesiasticis, videtur limites potestatis excessisse; sed casu probabilissimo, quo Tribunalia non admitterent testium probationem, affirmare non auderem actuaciones Notarii publici, in processu ad dispensationem impedimenti tertii consanguinitatis gradus, a Curia Ecclesiastica confecto, tamquam sponsalium scripturam a pragmatica Carolina requisitam considerari posse.*

Istiusmodi accepta informatione rescriptum fuit die 9 Septembris 1876. «*Eminentissimo Pro-Nuntio pro informatione et voto, qui referat an memorata Pragmatica Caroli III in viride observantia servetur etiam quoad forum ecclesiasticum tum externum tum internum, et an sine gravibus difficultatibus hujus-*

modi negotium pro foro Ecclesiastico revocari queat ad tramites juris canonici.»

H. S. Ordinis mandatis obsequens Emis. Pro Nun-
tius die 26 Septembris citati anni transcripsit votum
Rmi. Assessoris Apostolicae Nunciaturae, de quo in-
ferius erit sermo, atque sententiae a clarissimo viro
panditae subscrabit. Cum autem in hodierno conventu
causa disceptanda proponatur sub dubiorum formula
in calce scripta hinc praestat rationes utriusque par-
tis, ceu moris est, recensere.

Quod sponsalium impedimentum in themate flocci
faciendum sit ex hoc videtur, quod receptum in
Regno Hispanico est, sponsalia tunc valida et rata
censericum in scriptis legaliter redacta fuerint ad
tramites legis 18 tit. 2 lib. 10 Novissimae Recapitu-
lationis—ibi—«in nullo Tribunali Ecclesiastico vel
(Civili) nec soeculari dominiorum meorum admitten-
tentur petitiones de sponsalibus, si non fuerint ista
per publicam scripturam promissa.»

Porro sponsalia de quibus nunc quaestio est, scrip-
tura publica cum roborata atque munita haud fue-
rint, prono veluti alveo fluit, pro infectis habenda
esse, juxta tritum in jure adagium «quae contra ius
fiunt, debeant utique pro infectis haberí» leg. 5 non
dubium C. de Leg.

Hujusmodi vero pragmaticam sanctionem in His-
panico Regno vim legis habere in dubium revocari
haud potest. Quandoquidem id evincitur tum ex
Episcopi informatione, tum ex relatione Apostolicae
Nunciaturae ad H. S. C. transmissa. Sane Episcopus
ad rem haec habet: *In omnibus tribunalibus ecclesias-
ticis dispositio Carolina adamussim adimpta fuit.*
Assessor vero Apostolicae Nunciaturae quem Aposto-
licus Nuntius virum legum Hispanici Regni peri-
tissimum renunciat, in voto emitendo scribit praedictam
pragmaticam in viridi observantia adhuc
cooptetur, quibus Regnum Hispanicum regitur, con-

firmatur praeterea à jurispublici scriptoribus, inter quos satis sit recensere La Fuente, qui *in opere. Eccl. discept. lecs. part. 8 lec. 96* in fine scribit—«hoc fecit ut fere omnes unanimiter legem admiserit, et quamvis dura foret et Ecclesiasticae disciplinae parum consona, nullus contra illam reclamaverit et a toto hoc saeculo inter nos incunctanter observetur.» Quae cum ita sint nemini admirationi fore arbitror ea quae Episcopus subdit: scilicet hujusmodi sententiam a Curiis Ecclesiasticis, ad aulas Seminariorum, saltem aliquorum pervenisse: professores adesse Theologiae Moralis et juris canonici, qui sententiam de nullitate Sponsalium sine scriptura mordicus sustinent docentque alumnos suos. Tandem neque scriptores deficere, qui pro Hispania sponsalia definiunt «*Contractus seu promissio facta de futuro matrimonio scriptura a Notario publico confecta.*» Episcopi verbis chorum agit praedictus Nuntiaturaे Apostolicae Assessor referens, hujusmodi pragmaticam ab exordio admissam, constanter universaliterque observatam fuisse; ideoque *consuetudinario jure canonicae disciplinae et sanctionis ecclesiasticae vim fuisse adeptam.*

Quo constito, consuetudinem vim legis habere ii etiam norunt qui nihil sciunt. Imo, consuetudinis ea est vis et efficacia ut quamecumque legem abroget, dummodo debitis requisitis suffulta sit. Ejusdem autem requisita haec sunt: ut sit rationabilis et legitime praescripta, cap. ult. de consuet. Porro in themate consuetudinem rationabilem esse evinci posse videtur ex eo quod ad bonum publicum protuendum maxime confert; ne scilicet utriusque sexus juvenes hispani nimis faciles promptique sint sponsalia compluribus celebrando: ex qua facilitate scandalorum litiumque seminarium saepius exinde oriebatur, ut Nuntius Apostolicus refert. Legitime autem praescripta dicitur quando ex lapsu temporis de jure requisiti sit obtenta et roborata ad similitudinem praescriptionis *Reiffenst. lib. 1 decret. lit. 4. Pra. 2. n. 34;* opus habet nempe diuturnitate temporis, quod in consuetudine contra ius esse debet 40

annorum *Devoti instit. Canon. lib. 1. Cap. 2. Pra. 50:*
atque in themate nendum de quadragenaria sed de
consuetudine fere 80 annorum agi explorati facti est.

Res cum ita se habeant, Carolinam pragmaticam
vim legis habere cum nullo pacto inficiari posse vi-
deatur, manifestum erumpit, sponsalia, de quibus
quaestio est, non posse consistere, quia in reproba-
tionem tum juris scripti, tum consuetudinis legi-
time inductae inita fuere.

Heic sed vero obiici haud posse videtur, Carolinae
pragmaticae publicam scripturam in sponsalibus
praecipienti obtemeratum fuisse per processum ad
dispensationem impedimenti tertii consanguinitatis
gradus a Curia Ecclesiastica Notarii ministerio con-
fectum. Re sane vera in quolibet negotio inspici se-
dulo debet quid actum sit, ut *ad Text. in leg. sem-
per in stipulationibus 38 Is. de reg. juris cap. 2
nūm. 4.* Profecto processus hujusmodi de Curiae
mandato confectus dispensationem impedimenti con-
sanguinitatis, minime vero mutuam sponsalium
promissionem pro fine habuit. Obiectum ergo proces-
sus a Curia Episcopali initi cum aliud respiciat di-
versum ab eo quod prae oculis habuit Carolina prag-
matica, sponte sua fluit quod a processu dispensa-
tionis ad stipulationem sponsalium nullatenus con-
cludi possit. Nec pariter regerere proficeret Curiae
processum pluries repetitae pragmaticae aequipollere
ex eo quod per eundem finis difficiliora reddendi
sponsalia obtinetur quem Carolina lex sibi proposue-
rat. Quandoquidem haec deductio non nisi quam ex
interpretatione derivari potest. Porro utriusque juris
canon est, quo non evidentior alter, interpretationem
in lege tantum dubia locum habere. In themate au-
tem verba pragmaticae superius allegata cum evin-
cant, de lege clarissima agi hinc sequitur quamlibet
interpretationem rejici oportere. Unde Episcopus
hisce forsan vel aliis rationibus motus informatio-
nem suam sic concludit. «Sed casu probabilissimo
quo Tribunalia non admitterent testium approbatio-
nem, affirmare non auderem actuationes Notarii pu-
blici in processu ad dispensationem impedimenti

tertii consanguinitatis gradus a Curia Ecclesiastica confecto, tamquam sponsalium scripturam a pragmatica Carolina requisitam considerari posse.»

Verumtamen retenta etiam Spousalium validitate, nullum ius competere Agapito sive impediendi matrimonium Teresiae cum persona sibi benevisa, sive eamdem cogendi ad connubium cum ipsomet ineundum, ex alia ratione apparet, quae in natura contractus matrimonii, ad quem sponsalia diriguntur, potissimum habet fundamentum, et qui in casu infastum exitum haberet.

Exploratum siquidem in facto est patrem interdixisse filiae matrimonium cum Agapito propter quamdam quaestionem cum tutoribus Agapiti exortam. Porro hujuscemodi animorum exacerbatio justam praebet causam resiliendi a sponsalibus. Quando enim ex odio praecedenti nato intersponsorum consanguineos probabiliter timeri potest quod subsequens coactum matrimonium malum exitum sortiri possit, tunc pia mater Ecclesia, etiamsi revera sponsalia praecesserint, ut majus evitetur damnum, se abstinere solet a nuptiis injungendis, et sponsis primaevam libertatem restituit, ut ponderavit *Rota vort. Coccino decis. 437 nūm. 5 et 7.* Si itaque sponsalia inter Agapitum et Teresiam inita redditia sunt inefficacia, concludendum videtur talia sponsalia ad forum contentiosum deduci non posse: ideoque Agapito jus haud competere novum Teresiae matrimonium impediendi.

Altera verum ex parte haec sponsalia valida dijudicanda esse ex hoc apparet, quod eorumdem substantia consistit in mutua repromise utriusque contrahentis *ad text. in L. 1 ff. de sponsalib. ibi-futurarum Nuptiarum promissio;* cum quo consonat *Can. Nostrates, 30 quaest. 5;* et ad hoc ut de illis constare dicatur, nihil ultra requiritur, nisi quod contrahentes fidem de ineundo matrimonio invicem interposuerint. *«Rota decis. 572, nūm. 3 in Iudem. Sponsalium 2 Martii 1744 coram Caprara.* Profecto in themate de promissione Mariae dubitari nullo modo potest; constat enim praemissa fuisse reciproca inter-

utriusque sponsi parentes officia, preliminares habitos tractatus, omniaque conventa quibus decori, et compendio futurorum conjugum consultum esset; dispensationem petitam a Romano Pontifice super tertio consanguinitatis gradu, perlectas in ecclesia Parochiali tres publicationes, oblata sponsae munuscula, aliaque peracta, ex quibus sicuti contrahentium consensus a respectivis parentibus collaudatus satis superque evincitur; ita eo magis constat de legitima sponsalium perfectione, uti recensitas circumstancias sparsim perpendendo firmat Glosa in *Cap. Si inter 31 verbo dicente, de sponsal, et matrim., et Cap. Litteras 4 verb. Placere consueverit, de Despons. impuber.* Rota coram Buratto decis. 143 n. 34, el in Novarien. *Sponsal.* 1 Julii 1693 *Pra. ad mini-cucoram Muto.*

Incassum atvero defatigantur Doctores Hispani, dum sponsalium nullitatem mordicus tuentur ex omissione scripturae publicae ad tramites legis Carolinae. Quandoquidem Canonica lex pragmaticam ute pote Ecclesiae auctoritati in sponsalium materia oppositam omni robore atque virtute destitutam clamare videtur. Nec refert quod Ecclesia Hispanica quoad forum saltem externum ipsam pragmaticam pro lege acceperit. Praeprimis enim patet hanc legem coactive atque invitis et resistantibus pluribus, Episcopis in regionem Hispaniarum inductam fuisse ceu notat Episcopus. Verum dato etiam et non concesso quod Episcopi omnes lubenti animo universaliter praedictam pragmaticam pro lege receperint; tamen nihil eam faciendam esse quisque ingenio suo facile percipit, siquidem cum ex Carolina pragmatica Legi Ecclesiae generali derogetur nec Episcoporum sensum nec presumptam adprobationem nullatenus majorem vim vel efficaciam eidem addere posse patet. Iamvero traslatitium injure est Episcopos aliquosque Praelatos Papae inferiores nihil vel statuere vel approbare posse quod juri communi ecclesiastico opponitur. Id evincitur ex *Can. inferior dist. 21 et 6 Cum inferior. 16 de Maiorit. et obed. et clericos ex Etenc. Ne Romani Pra. l. de Ele.* — ibi — «lex superioris per

inferiorem tolli non potest.» Hinc Episcopus de suo voto requisitus exhibitae informationi sequentia addere non dubitavit. «*Numquam Rme. Domine pauperium suffragium meum potui huic sententiae adficere quia valde dubia mihi videbatur regia potestas ad solemnitatem stabiendum, qua nulla redderentur sponsalia. Cum sint dispositio ad Matrimonii sacramentum, exclusive ad potestatem Ecclesiae pertinet has solemnitates seu conditiones, sine quibus non, statuere.*» Nec diversimode sese exprimit relate ad praesumptum Episcoporum hujusmodi legi assensum vel acquiescentiam jamdiu praestitam. «*Denique quia Ecclesia Hispana acquiescentia sua, ad quam recurrere solent aliqui ad sententiam suam adstruendam, nullo modo poterat robur, aut vim conferre civili decreto ad effectus supradictos, cum Episcopis sit interdictum solemnitates sponsalibus concedere, quas Tridentinum non apposuit, aliquid statuere quod juri communi aduersetur et diversis declarationibus S. Congreg. Concilii.*»

Sed neque in majori pretio habendam esse consuetudinem, quae usque ad anno 1803 in Regno Hispanico inolevit, recta ratio suadere videtur. Re sane vera cum hujusmodi consuetudo sanctionibus Tridentinis aduersetur, necessario incidit sub censura Constitutionis S. M. Pii IV *In Principes Apostolorum*, quae consuetudinem quamcumque Concilio Tridentino contrariam veluti abusum et juris corruptelam, nullam et irritam declaravit. S. C. C. in *Nucerina Paganorum Servitii Chori die 25 Augusti 1877*. Ea vero Constitutio, ceu sapienter monuit Benedictus XIV *Instit. Eccl. 60 n. 7* «*singula ejusdem Concilii capita simul complectitur et nullius efficit monumenti consuetudines quae leges in iisdem capitibus inscriptas violent.* Quae dicendi ratio si valet cum sermo sit de consuetudine Decreta Tridentini praecedente, potiori rationi valere debere videtur de iis consuetudinibus quae contra jam statuta decreta introduci vellent, propter decretum irritans, quo praefata Constitutio fulcitur. Hoc enim decretum non modo jam existentes consuetudines destruit, sed ejus

tanta est vis ut obstaculum ponat, ne contrariae consuetudines ortum deinceps habeant, ob deficientiam taciti consensus Romani Pontificis, qui numquam praesumitur in iis, quae adversantur Constitutionibus clausula irritanti munitis, seu docent *De Luca de Jurisdict. disc. 95 n. 7 et 8. Pignatell. consul. 134 nūm. 16 tom. 1. Piton. de Contrn. Patr. all. 5 nūm. 1 disc. Eccl. 23 nūm. 16 el seq. disc. 112 nūm. 29 Ferraris. v. Consuetudo n. 37.*

Hisce omnibus perpensis cum manifestum apparet, tum Carolinam Pragmaticam, tum ex ea subsecutam consuetudinem haud posse subsistere, hinc sua sponte consequitur quod inita sponsalia justa ac valida retinenda sunt. Verum parumper etiam admisso tam Pragmaticam, quam consuetudinem in suo robore subsistere debere; non ideo tamen predicta sponsalia quovis valore destituta renunciari posse videtur. Vel ipso limine utriusque juris salutato, quisque novit, causam legis condendae, ac mentem Legislatorum semper esse attendendam *L. nominis, et rei de ff. de verb. signific.*; quia mens est anima ipsius legis ac ratio, quae ubi habet locum, ibi obtinet legis dispositio. Mens autem et causa finalis ob quam dispositio Carolina cavet, ne admittantur a Tribunalibus petitiones sponsalium scriptura publica destitutorum, ea fuit, ne matrimonia facile impediatur ex causa praecedentium sponsalium absque seria deliberatione celebratorum. Sed quoties provideatur hujusmodi malo, satisfactum est menti et causae finali legis, et consequenter dispositioni. Processus autem existens in Curia Episcopali pro obtainenda dispensatione super tertio consanguinitatis gradu tollit causam impediendi matrimonium; imo demonstrat magis magisque seriam deliberatamque contrahentium voluntatem, quia confectus fuit a Notario Majori, atque coram eodem Notario, Ecclesiastico simul et civili Officiali, sponsalia jam celebrata, ratificata et approbata fuere. Ergo Carolinae sanctioni obtemperatum non minus a contrahentibus, quam si initio sponsaliam coram Tabellione publico celebrata fuissent, in aprico est.

Huic conclusioni concinuit laudatus Auditor Nuntiaturae Apostolicae in suo voto... «videtur mihi procedere in praesenti casu, ut impedimentum ab Oratore Agapito contra matrimonium quod a Maria cum altero iniri cogitat causa praecedentium cum eo sponsalium in utroque admittatur foro. Communis utriusque sponsi impedimenti dirimentis consanguinitatis a S. Sede petitio, quod impetratam dispensationem mutuo coram Notario publico et Ecclesiastico sponsalium exploratio facta, processus ab ipso Notario instructus suaque auctoritate firmatus, litteram et spiritum pragmaticae adimpleret; litteram, quia publicam a Notario publico attestationem continent; spiritum, eo quod ejus finis est ne matrimonium causa aliorum, praecedentium sponsalium, forte precipitanter et sine deliberatione celebratorum, (ut frequentissime accidit) facili impediatur, quod quam longe in casu quaestionis absit evidenter appareret.»

Ex eo autem quod Pater Mariae ab hoc matrimonio dissentiat, nulla desumi potest justa ad recessum causa. Ultra quod enim Pater Mariae sponsalibus approbationem praestiterit, non potest ab eo quod semel ei placuit dissentire; ulterius cum sponsalia de quibus agitur, pure et absolute inita fuerint, nihil est propter quod ex tali dissensu dissolvantur, *ut ex Text. in Can. official 27 quaes. 2 notant Menochius de praes. cap. 4 num. 5; Rota in Majoricen. Sponsalium super Censuris 29 Januarii 1712 par. quatenus coram Scotto.* Alias enim actum esset de sponsalibus, si alter ex sponsorum parentibus litem pro recessu ageret, et pro recessus causa litem ipsam allegare valeret: ne itaque quod mutuo utriusque sponsi consensus firmatum est, postea parentum dissensu frangatur, receptum passim est, odia hujusmodi ex litis calore in altero ex parentibus sponsorum excitata nihili faciendo esse. *Gabriel. consil. 159 num. 12 et seqq. lib. 2;* imo adversus levitatem parentum filios infringendae fidei ex proposito cogentium censuras comminatur Alexander III in Cap. Ex litteris lib. 2 de Sponsal.

Cum ex disputatis constet de sponsalium contractu numeris omnibus absolutis quisque videt Mariam cogendam esse ut matrimonium per verba de praesenti contrahat cum Agapito. Nihil enim tam fidei humanae congruit, quam ut pacta serventur *L. 1 ff. de pactis Cap. 1. 2. et eod tit.*; imo neque ex sola virtute fidelitatis sponsalium obligatio procedit, sed ex justitia commutativa. Virtus enim fidelitatis respicit solum modo debitum literalis promissionis; at in sponsalibus adest ultro citroque obligatio correspondiva, et promissori promissione compensatur, prout in reliquis contractibus onerosis ex quibus strictum jus quaeritur pro utroque contrahente, et rigorosum justitiae debitum pro adimplemento resultat: quadata paritate sive sponsalia reducantur ad contractum innominatum facio ut facias; sive habeantur pro contractu nominato prout tenet *Konig. tit. 1 de Sponsal, num. 8 vers. ad haec*, ex iis stricta obligatio ad adimplendam promissionem consurgit, ne justitia laedatur.

Hisce onnibus perpensis videant EE. VV. qua ratione dirimi possint quae sequuntur,

DUBIA.

I. *An constet de validitate sponsalium in casu.*

Et quatenus affirmative

II. *An jus sit Agapito matrimonium impediendi in casu:*

Die 31 Januarii 1880—Sacra Congregatio Emorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, reformatis dubiis.

I. *An sponsalia quae in Hispania contrahuntur absque publica scriptura sunt valida.*

Et quatenus negative.

II. *An publicam scripturam supplere queat instrumentum in Curia conflatum pro dispensatione super aliquo impedimento.*

Respondit:

Ad I et II negative.—P. Card. Caterini Praef.

Del *Boletin eclesiástico de Sigüenza* copiamos lo siguiente:

La noticia de un suceso horroroso y entre nuestros queridos diocesanos inaudito, vino a contristar nuestro corazon en el mes de Enero último. En el pueblo de Paredes, arciprestazgo de Barahona, un infeliz, cuyo nombre se resiste á estampar la pluma, asesinó á la señora en cuya casa servia, ahorcándose él inmediatamente despues de consumado el primer premeditado crimen. Inhumado el cadáver del homicida y suicida en el cementerio público católico, por disposicion del Juez que instruia las primeras diligencias de la causa, reclamamos eficaz é instantáneamente, así que tuvimos conocimiento del hecho, la exhumacion de aquel, tanto de la autoridad judicial del partido como de la administrativa de la provincia, acudiendo al propio tiempo al Excmo. Sr. Ministro de Gracia y Justicia, á fin de obtener la aplicacion de las Reales órdenes vigentes en la materia, y principalmente la observancia de los sagrados cánones y el debido respecto de las leyes y fueros de la Iglesia. Nuestras esperanzas no han quedado defraudadas, como lo demuestra la Real órden siguiente que nos ha dirigido el Sr. Ministro, á quien por haberla dictado aplaudimos sinceramente.

Ilmo. Sr:—El Sr. Ministro de Gracia y Justicia dice con esta fecha al de Gobernacion lo que sigue:

«Vista la comunicacion que el Rdo. Obispo de Sigüenza ha elevado á este Ministerio en queja de la conducta observada por el Juez de primera instancia de Atienza al disponer dar sepultura eclesiástica en el cementerio católico de Paredes al suicida Angel Cabellos de Francisco, y en solicitud de que su cadáver sea exhumado y enterrado fuera del mismo cementerio que ha quedado profanado por aquel acto;

Resultando de los documentos que el Prelado acompaña á su citada comunicacion, que por sentencia dictada por su Provisor y Vicario general en el expediente instruido con motivo del hecho antes indi-

cado, se declara que el cadáver del homicida y suicida Angel Cabellos es indigno de la sepultura eclesiástica, habiéndose profanado por su inhumacion el cementerio católico de la villa de Paredes, y que procede su inmediata exhumacion para que pueda tener lugar la reconciliacion de aquel recinto sagrado, haciéndose constar en dicha sentencia, que el espresado Angel Cabellos, despues de asesinar á doña María Borlaz en su propia casa, y á la que servia, se ahorcó en el mismo edificio; que noticioso de este suceso el Arcipreste del distrito de Barahona, se trasladó al sitio en que ocurrió, y que apesar de haber hecho presente al Juez de primera instancia que entendia en la causa, la imposibilidad de dar sepultura eclesiástica al cadáver del referido Angel Cabellos, el citado Juez ordenó al párroco de Paredes que lo hiciera, quien en cumplimiento de tal órden ejecutó lo en ella determinado;

Resultando que pedido informe acerca de este hecho al Presidente de la Audiencia de esta Corte, ha remitido una certificacion con referencia á la causa que se instruyó en el referido Juzgado de Atienza por muerte violenta de María Borlaz y Angel Cabellos, en la que aparecen la reclamacion del Rdo. Obispo á dicho juzgado para que se procediera á la exhumacion del cadáver del suicida, la contestacion dada por el propio juzgado en el sentido de que no era de su competencia la resolucion que se le interesaba, la manifestacion del mismo Juez al dar cuenta del conflicto á su superior, de que el sujeto llamado Angel Cabellos se suicidó y la sepultura de su cadáver se le dió con aquiescencia del párroco de Paredes; el dictámen del fiscal de S. M. proponiendo que nada debia resolverse acerca del conflicto suscitado, diciéndose al Juez que obre con arreglo á derecho y á la providencia de la sala de lo criminal de conformidad con aquel dictámen;

Considerando que la Real órden de 3 de Enero de 1879, dictada por este Ministerio, acordada en Consejo de Ministros, y comunicada á todo el episcopado, Presidentes de las Audiencias y últimamente al Mi-

nisterio del digno cargo de V. E., resolviendo las dudas suscitadas con motivo de la inteligencia de la expedida por este propio departamento con fecha 30 de Mayo de 1878, publicada en la *Gaceta* del 17 de Junio, declaró que á la Iglesia corresponde esclusivamente la facultad de decidir quiénes mueren dentro de su comunión y quiénes fuera de ella, y por consecuencia de conceder á los unos y negar á los otros la sepultura eclesiástica con arreglo á los sagrados cánones y á los convenios celebrados con la Santa Sede; disponiendo ademas la citada Real órden que cuando muera alguno fuera de la religion católica y no haya en la población cementerio propio en que pueda dársele sepultura, se entierren los restos mortales de los que en estas circunstancias fallezcan en lugar decoroso inmediato pero separado del cementerio católico, segun está repetidamente prevenido, evitando toda profanacion.

Considerando que con arreglo á tan terminante prescripción, que es la vigente en la materia de que se trata, si el párroco de la villa de Paredes y el arcipreste del distrito se opusieron á dar sepultura eclesiástica al cadáver del suicida Cabellos, la autoridad civil debió no insistir en que fuese inhumado en el cementerio católico de la misma villa, y disponer que, puesto que en ésta no ha cumplido su ayuntamiento con lo prevenido en la Real órden de 28 de Febrero de 1872, de ampliar aquel cementerio con terreno contiguo rodeado de cerca y puerta especial para los que mueren perteneciendo á religion distinta de la católica, se enterrase en lugar decoroso inmediato pero separado siempre del mismo cementerio católico, segun prescribe en su última parte la citada Real órden de 3 de Enero de 1879, que impone este deber bajo su mas estrecha responsabilidad á todas las autoridades que por la índole de sus funciones estén obligados á ello;

Considerando que una vez verificada la inhumación en el cementerio católico hay que apreciar tambien para decidir el conflicto suscitado, lo que respecto á exhumaciones prescriben las disposiciones

referentes á la salubridad pública, así como lo resuelto en casos análogos al actual;

Considerando que aun cuando la Real orden de 19 de Marzo de 1848 prohíbe en general las exhumaciones y traslaciones de cadáveres antes de haber transcurrido dos años desde la inhumacion, la de 29 de Octubre de 1861 expedida tambien por ese Ministerio con motivo del enterramiento verificado en el cementerio de la Escala, provincia de Gerona, del cadáver de Rafael Puig, resolvió la inmediata exhumacion de éste, previas las precauciones higiénicas necesarias, fundándose para ello en que el objeto de la precitada Real orden de 19 de Marzo, fué impedir las frecuentes e inmotivadas exhumaciones y traslaciones de cadáveres, y de ninguna manera el de poner obstáculos á la accion de la justicia eclesiástica ni civil, así como el de procurar la mas pronta reconciliacion del cementerio profanado, tanto para tranquilizar las conciencias quanto para evitar los perjuicios de los vecinos del lugar por tener que llevar sus muertos á otro punto mas lejano;

Considerando que á escitacion de este Ministerio y por reclamacion del Rdo. Obispo de Tarazona, quine con motivo de un hecho análogo ocurrido en Alfaro propuso rodear con tápias el cadáver del que habia declarado haber muerto fuera del gremio de la Iglesia católica hasta pasados los dos años para su exhumacion y traslacion, acordó el del digno cargo de V. E. en órden del Presidente del Poder ejecutivo de la República, comunicada á este departamento en 14 de Diciembre de 1874, que se hiciera lo propuesto por el referido Prelado á este Ministerio, de rodear con una tápia el sitio donde fué enterrado el que había fallecido fuera del catolicismo, que se aperciba á la autoridad local respectiva para que con la mayor brevedad posible cumpla con lo dispuesto en la Real orden de 28 de Febrero de 1872, y que se hiciera presente al Rdo. Obispo la necesidad de levantar el entredicho del cementerio profanado; S. M. el Rey (Q. D. G.) ha tenido á bien disponer se signifique á V. E., como de su Real orden lo ejecuto, la conve-

niencia y urgente necesidad de que por ese departamento de su digno cargo se adopten las medidas necesarias para llevar á cabo la inmediata exhumacion, previas las precauciones higiénicas convenientes, del cadáver del expresado Angel Cabellos y su traslacion del cementerio católico de la villa de Paredes en que fué enterrado á un lugar próximo al mismo, segun previene la referida Real órden de 3 de Enero de 1879, puesto que el ayuntamiento de aquella villa no ha cumplido con lo prevenido en la de 28 de Febrero de 1872, ó cuando á esto se opusieren razones de salubridad pública, se proceda desde luego tan solo á rodear dicho cadáver con una tápia á la altura de las del mismo cementerio, hasta que pasados los dos años que fijan las prescripciones sanitarias se verifique su exhumacion y traslacion, demoliéndose entonces la tápia levantada, todo á costa de la autoridad local de Paredes, á la que por no haber cumplido con lo mandado en la repetida Real órden de 28 de Febrero de 1872, ampliando el cementerio para los que fallezcan fuera del gremio de la Iglesia católica, debería amonestársele lo hiciera á la mayor brevedad para evitar los conflictos que trató de prevenir aquella disposicion.»

De Real órden, comunicada por el expresado Señor Ministro, lo traslado á V. I. para su conocimiento y efectos consiguientes.

Dios guarde á V. I. muchos años.—Madrid 31 de Marzo de 1880.—El Subsecretario, *Nicanor de Alvarado*.—Señor Obispo de Sigüenza.

CRÓNICA DE LA DIÓCESI.

El dia 26 de Abril último tuvo lugar la elección de Habilitado del Culto y Clero de esta Provincia á tenor de las disposiciones vigentes habiendo sido reelegido el Iltre. Sr. D. Teodoro Alcover, Dean de esta Santa Iglesia.

Y como se ha querido recordar en el año anterior que se realizó en la Diócesis de Mallorca la elección de Habilitado del Culto y Clero, se publica la siguiente relación de los resultados:

Categoría	Número de Votos	Porcentaje
Habilitado del Culto	100	100%
Clero	100	100%

PALMA DE MALLORCA.
Imprenta de Villalonga.